

LJSPFF LATINA PRO NELATINÁŘE – HODINA VII.
EXERCITIONES

I. SLOVESA 1.–4. KONJUGACE

Non scholae, sed vitae discimus

In ludis literariis pueri legere, scribere et computare discebant. Discipuli stilo in tabulis ceratis scribebant et in libris legebant.

Marcus et Publius sunt pueri Romani, filii viri boni et opulenti. Marcus cum Publio in scholam properant. Magister iam pueros exspectat.

– Salve, magister!

– Salvete, pueri! Ubi est Lucis, amicus vester?

– Lucius aegrotus est, hodie domi manet et etiam cras manebit.

– Nunc, pueri, epistulam ad amicos scribite, deinde epistulas legetis.

Discipuli scribunt.

Recita epistulam tuam, Marce!

Marcus recitat: Marcus Sexto suo. Si vales, bene est, ego quidem valeo. (S.V.B.E.E.Q.V.) Post meridiem cum magistro nostro theatrum Pompei visemus et ludos spectabimus. Et multa templa praeclara et aedificia magna videbimus. Cras vacabimus et Circum Maximum visemus. Vale.

Magister pueris novos libros dat et dicit:

– Libros vestros, pueri, sic amare debetis, ut amicos veros.

Liber Marci magnus est, liber Publilii est parvus – libellus.

Domi Marcus varias sententias in suo libro leget:

Agricola agrum **colit**. Medicus pueros **curat**, si non **valent**. Amicus verus amicum semper **iuvabit**. Magister discipulum malum **monebit** et **corrigit**, laboriosum **laudabit**. Aliena vitia bene **videmus**, male nostra. Iustitiam **colam**. Superbia viros probos semper **corrumpit**. Verba **movent**, exempla **trahunt**. Romani multa bella **gerebant**, in multis proeliis **pugnabant**, multas pugnas **commitebant** et saepe **vincebant**.

II. PRONOMINA

is, ea, id (idem, eadem, idem) – *ten, ta, to* (týž, táž, to/těž)

hic, haec, hoc – *tento, tato, toto*

ipse, ipsa, ipsum – *sám, sama, samo*

ille, illa, illud – *onen, ona, ono*

iste, ista, istud – *tenhle, tahle, tohle*

Is liber Marci est. Is liber **eius** est.

Hic liber Iuliae est. Hic liber **eius** est.

Ille liber puellarum est. Ille liber **earum** est.

Iste liber puellorum est. Iste liber **eorum** est.

Marcus amicum salutatur. Marcus **eum** salutatur.

Marcus Iuliam salutatur. Marcus **eam** salutatur.

Discipuli magistrorum salutant. Discipuli **eos** salutant.

Discipuli puellas salutant. Discipuli **eas** salutant.